12. *inquit*] s. 3, 19, 12. — *disciplinam*] in Bezug auf *audiendus* = Unterweisung, Reden über die Kriegführung; vgl. Sall. Iug. 85, 12f. — *exemplum*] s. Curt. 4, 14, 26: *nec recuso, quominus imitemini me, sive fortitudinis exemplum sive ignaviae fuero.* — *factionibus*] ἑταιρίαι; s. 1, 17, 1; 2, 27, 3; diese sowohl als die *coitiones* (s. zu 3, 65, 8) sind später gewöhnliche, aber schon 447 v. Chr. erwähnte (3, 65, 8) Verbindungen der Kandidaten, um andere nicht zu einem Amte kommen zu lassen, aber sie werden auch schon bei dem 15, 12 erwähnten Gesetze vorausgesetzt und 9, 26, 8 bereits gerichtlich verfolgt; s. Lange ^{3} 2, 35. 75ff. Über den Wechsel *factionibus . .per coitiones* s. 2, 24, 5: *per metum . . voluntate*; 39, 8, 8. — [*modo*]*]

13 hac dextra mihi tres consulatus summamque laudem peperi. fuit,
cum hoc dici poterat ‘patricius enim eras et a liberatoribus patriae
ortus, et eodem anno familia ista consulatum, quo urbs haec con-
14 sulem habuit’; nunc iam nobis patribus vobisque plebei promi-
scuus consulatus patet, nec generis, ut ante, sed virtutis est prae-
15 mium. proinde summum quodque spectate, milites, decus. non,
si mihi novum hoc Corvini cognomen dis auctoribus homines
dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen
16 memoria excessit; semper ego plebem Romanam militiae domi-
que, privatus in magistratibus parvis magnisque, aeque tribunus
ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo at-
17 que colui. nunc, quod instat, dis bene iuvantibus novum atque
33 integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.’ non alias
militi familiarior dux fuit omnia inter infimos militum haud gra-

13—14. Aufforderung zur Tapferkeit, die zu den höchsten Ehrenstellen führen kann.

13. *fuit*] d. h. die Zeit ist vorüber. — *poterat*] s. 6, 40, 17; 21, 18, 4; dagegen der Konjunktiv bei Cic. de or. 1, 1 u. a. — *patricius*] bezeichnet den persönlichen Rang, *patres* die politische Stellung; = du konntest das leicht erreichen, du warst ja von Adel. — *a liberatoribus*] steigernd; über *a* s. 3, 61, 2. — *et . . habuit*] dadurch wurde die Erlangung des Konsulats noch mehr erleichtert.

14. *nunc iam*] im Gegensatz zu *fuit*: der Grund gilt nicht mehr, denn jetzt ist es bereits dahin gekommen, daß . .; s. 5, 17, 7. — *plebei*] Dativ; s. 22, 25, 10; vgl. 4, 1, 1.

15. *summum quodque . .*] das Konsulat. Es ist wohl an Cato, Marius und ähnliche *homines novi* zu denken. — *non*] s. 5, 51, 1. — *Corvini*] Livius hat hier und 40, 3 diese auch sonst oft vorkommende Form; s. Cic. Cat. m. 60; Gell. 9, 11; 1; 9; 11; Dionys 15, 1 (*Κορβῖνον*); de vir. illustr. 29, 2; Val. Max. 8, 13; 15, 5; vielleicht hat er den Namen einer anderen Quelle als 26, 12 *Corvus* entlehnt.

16. *militiae*] ist vorangestellt, weil Soldaten angeredet werden; vgl. Ter. Adelph. 495: *una semper militiae et domi fuimus*; gewöhnlich *domi militiaeque*. — *in magistratibus*] asyndetisch, weil wie bei dem vorhergehenden Paare *que* folgt; vgl. 30, 23: *ac*. — *parvis*] es konnte nur der Militärtribunat gemeint sein; s. 5, 9. — *aeque tribunus*] s. 40, 9; vgl. zu 9, 30, 3. — *per omnes deinceps consulatus*] obgleich schon in *magistratibus magnis* enthalten, wird es neben *eodem tenore* (s. 40, 9; 4, 10, 9) als das bedeutendste besonders hervorgehoben. — *deinceps*] attributiv. — *colo atque colui*] das Präsens bezeichnet das *colere* als bleibenden Zug, das Perfekt gibt dazu eine Bestätigung aus der Vergangenheit; kein hysteron proteron; zur Sache vgl. 40, 8—10.

17. *dis bene iuvantibus*] vgl. 6, 23, 10; 21, 21, 6. 43, 7; 44, 38, 7. — *novum*] über einen neuen Feind; *integrum*: den sonst noch niemand besiegt hat.

33. 1. *non alias*] fast gleich *numquam*; s. 45, 7, 2: *non alias . . tanta multitudo occurrit*; vgl. 3, 69, 1. — *munia*] Lager- und Wachdienste u. a.; vgl. 6, 23, 11; 23, 34, 11 u. a.;

vate munia obeundo, in ludo praeterea militari, cum velocitatis 2
viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facilis;
vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aspernari parem,
qui se offerret; factis benignus pro re, dictis haud minus liber- 3
tatis alienae quam suae dignitatis memor, et, quo nihil popularius
est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. itaque 4
universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecu-
tus ducis castris egreditur.

Proelium, ut quod maxime umquam, pari spe utrimque, ae- 5
quis viribus, cum fiducia sui sine contemptu hostium commis-
sum est. Samnitibus ferociam augebant novae res gestae et pau- 6
cos ante dies geminata victoria, Romanis contra quadringentorum
annorum decora et conditae urbi aequalis victoria; utrisque 7
tamen novus hostis curam addebat. pugna indicio fuit, quos
gesserint animos; namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neu-
tram partem inclinarent acies. tum consul trepidationem inicien- 8

24, 35, 7: *munera belli*; vgl. 6, 8, 2; 32, 16, 15; 44, 4, 10. 41, 1; 45, 36, 3.

2. *ludo*] zum Vergnügen angestellte Übungen und Wettkämpfe, verschieden von den eigentlichen Exerzierübungen (*decursio, ambulatio*); vgl. Plin. paneg. 13, 1 ff. — *aequales*] s. 21, 4, 8. — *comiter*]* herablassend, freundlich; *facilis*: so daß er nichts vor anderen voraus haben wollte, = entgegenkommend, zugänglich; s. 2, 15, 2; vgl. 10, 5: *stolide laetum*. — *parem*] ein Gegner; s. 9, 17, 12.

3. *factis benignus pro re*] in seinem Tun gütig, mitteilend nach Maßgabe der Umstände oder Mittel; s. Caes. b. G. 5, 8, 1; Sall. Iug. 50, 2. — *dignitatis memor*] s. Tac. hist. 5, 1: *comitate et adloquiis officia provocans ac plerumque in opere, in agmine gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore*. — *iisdem artibus*] 'in demselben Geiste'; s. Sall. Cat. 2, 4; Iug. 85, 1; vgl. zu der Schilderung 1, 9.

4. *prosecutus*] schließt sich an 32, 17 an.

5. *ut quod maxime umquam*] s. zu 23, 49, 12; Cic. Phil. 9, 17: *uti quod optimo iure publice sepulcrum datum esset*. — *aequis*] von gleichartiger Beschaffenheit; vorher *pari* = gleichgroß, gleichstark. — *sui*] in Bezug auf die in *utrimque* angedeuteten Subjekte; vgl. 3, 39, 7.

6. *ferociam . .*] es entsprechen sich je zwei Glieder. — *novae . .*] vgl. 26, 2, 1. — *paucos ante dies*] s. 3, 13, 1; ist nicht hervorzuheben, da die Verhandlungen mit Kapua, die Gesandtschaft 31, 8, die rerum repetitio 32, 1, auf welche die Kriegserklärung erst in 33 Tagen erfolgte, und der Marsch nach Kapua längere Zeit in Anspruch nahmen; vgl. 31, 12. — *aequalis victoria*] eine dem Alter der Stadt gleiche Siegeslaufbahn; s. 32, 8; *victoria* ist nachdrücklich wiederholt; s. 5, 54, 4.

7. *gesserint*] bezeichnet Livius von seiner Zeit aus als vergangen und bezieht es nicht auf *fuit*, wie gewöhnlich (*gessisset*); vgl. 22, 6, 6: Cic. p. Quinct. 57; p. Sest. 122; ad fam. 14, 7, 1 u. a. — *aliquamdiu . .*] Livius denkt wie 6, 32, 8 an einen Angriff der Legionen selbst (nicht wie 30, 33, 15 der Leichtbewaffneten); dann der Reiterei durch die

dam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus immissis
9 turbare prima signa hostium conatur. quos ubi nequiquam tu-
multuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit nec posse aperire
in hostes viam, revectus ad antesignanos legionum cum desiluis-
10 set ex equo, 'nostrum' inquit 'peditum illud, milites, est opus;
agitedum, ut me videritis, quacumque incessero in aciem ho-
stium, ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite;
illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, patefacta strage vasta
11 cernetis.' haec dicta dederat, cum equites consulis iussu dis-
currunt in cornua legionibusque in mediam aciem aperiunt viam.
primus omnium consul invadit hostem et, cum quo forte contu-
12 lit gradum, obtruncat. hoc spectaculo accensi dextra laevaque
ante se quisque memorandum proelium ciet; stant obnixi Sam-
13 nites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera. ali-
quamdiu iam pugnatum erat, atrox caedes circa signa Samnitium,
fuga ab nulladum parte erat; adeo morte sola vinci destinaverant
14 animis. itaque Romani, cum et fluere iam lassitudine vires sen-
tirent et diei haud multum superesse, accensi ira concitant se in
15 hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fu-
gam apparuit; tum capi, occidi Samnis; nec superfuissent multi,
16 ni nox victoriam magis quam proelium diremisset. et Romani
fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum et Sam-

Zwischenräume der Manipel; s. 10, 5, 6.

9. *tumultuantes . . volvere*] 'mit leerem Lärm sich umhertummelten'. — *revectus*] er hat selbst den Reiterangriff geleitet. — *antesignanos*] die hastati und principes; s. 4, 37, 11; 8, 8, 7.

10. *sternite*] vgl. Verg. Aen. 12, 464. — *omnia*] wegen *illa* lokal zu nehmen: der ganze Raum, wo; s. 10, 5, 6: *intervalla . . qua*; 21, 47, 5: *vada qua*; 45, 9, 5: *omnia, qua*. — *erectae micant hastae*] sollte man nicht erwarten, da sie noch mit den Reitern im Kampfe sind. Zu *micant* vgl. 21, 7, 8. — *strage*] statt der erschlagenen selbst; s. 24, 5.

11. *dicta dederat*] s. zu 3, 61, 7; vgl. 29, 2, 12; zur folgenden Schilderung, die eine Bestätigung von 32, 11 enthält, vgl. 2, 19, 5: *non enim duces . .* — *consulis*] 'ihres Konsuls', nachdrücklicher als *eius*. — *cum quo*] vgl. 1, 1, 3: *in quem*. — *contulit gradum*] wie *pedem conferre*; s. 6, 12, 10.

12. *proelium ciet**] der einzelne Soldat, wie sonst die *principes*; s. 1, 12, 2; 3, 18, 8. Das Prädikat hat sich an die Apposition *quisque* angeschlossen; vgl. 2, 22, 6; Cic. de off. 1, 147. — *stant*]*

13. *circa signa*] wie 8, 11, 7: *et ante signa et post signa*. — *nulladum*] s. zu 3, 50, 16. — *destinaverant animis*] 'sie hatten aus eigenem Antrieb den festen Entschluß gefaßt'; s. 6, 6, 7; über den Inf. s. 24, 2, 1; 42, 7, 3; vgl. *obstinare* 23, 29, 7.

14. *fluere*] s. 29, 5; 10, 28, 4; 34, 47, 5. — *accensi ira*] näml. wegen des langen Widerstandes; vgl. 24, 16, 1.

nites, cum quaereretur, quaenam prima causa tam obstinatos
movisset in fugam, oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant 17
vesanosque vultus et furentia ora; inde plus quam ex alia ulla re
terroris ortum. quem terrorem non pugnae solum eventu sed
nocturna profectione confessi sunt. postero die vacuis hostium 18
castris Romanus potitur, quo se omnis Campanorum multitudo
gratulabunda effudit. ceterum hoc gaudium magna prope clade 34
in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius
consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium circaque
insessum ab hoste induxit nec prius, quam recipi tuto signa non 2
poterant, imminentem capiti hostem vidit. dum id morae Sam- 3
nitibus est, quoad totum in vallem infimam demitteret agmen,
P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem,
inminentem hostium castris, aditu arduum impedito agmini, ex-
peditis haud difficilem. itaque consuli territo animi 'videsne tu' 4

16. *movisset in fugam*] s. 8, 2, 6; das einfache *movere* wäre nur = zum Weichen bringen. — *ardere*] vgl. 6, 13, 2. — *vesanos . .*] scheint in veränderter Konstruktion ohne *esse* auf *visos* bezogen; die Wortstellung chiastisch; in dem Antlitz schien sich Wahnsinn, in den Zügen um den Mund blinde Wut auszusprechen; vgl. 2, 61, 6: *contumacia in vultu*; 6, 13, 2; 21, 4, 2.

17. *vultus*]* — *quem terrorem*] s. 14, 10.

18. *quo . .*] setzt voraus, daß die Schlacht in der Nähe von Kapua geliefert ist, obgleich dieses von dem Gaurus gegen 3 Meilen entfernt liegt. — *gratulabunda*] von Livius zuerst gebraucht, nachher von Sueton Galb. 19, 2 und Justin 6, 8, 13.

34—38, 5. Decius Mus. Die Schlacht bei Suessula. App. Σαυνιτ. 1; Frontin 1, 5, 14; 4, 5, 9; de vir. illustr. 26.

1. *prope . . foedatum est*] s. 2, 10, 2. — *Saticula*] s. 32, 2. Der Konsul hätte auf diesem Wege nicht in Samnium einrücken können, wenn die Samniten damals Tifata noch gehalten hätten. Auch sonst ist die Örtlichkeit und die Stellung der Heere nicht klar, da es Livius darauf ankommt, die Großtat des Decius zu schildern, welche der des Kriegstribuns Q. Caedicius, die Gellius 3, 7 nach Cato aus der Zeit des ersten punischen Krieges erzählt, sehr ähnlich ist. — *saltum*] da der Konsul nach Samnium einrücken will, so hat der Annalist, dem Livius folgt, vielleicht an den Caudinischen Engpaß gedacht. — *ab hoste*] ein zur Deckung der Grenze aufgestelltes Heer.

2. *nec . . poterant*] vgl. 23, 30, 4. 48, 1; die gewöhnliche Konstruktion s. § 7.

3. *demitteret*] näml. der Konsul, der über eine Höhe in das Tal (*infima vallis*) einrückt. — *unum*] vorangestellt, hebt den Begriff des vereinzelt hervorragenden. — *in saltu*] die Höhe liegt in dem Passe selbst, während die Feinde die Berge an den Seiten besetzt haben. — *inminentem*]* — *aditu arduum*] vgl. Sall. Iug. 94, 2. — *expeditis haud difficilem*] vgl. 40, 21, 3.

4. *animi*] s. 30, 22; Sall. hist. 4 frgm. 56 Maurenb.: *tetrarchas re-*

inquit, 'A. Corneli, cacumen illud supra hostem? arx illa est spei salutisque nostrae, si eam, quoniam caeci reliquere Samnites, impigre capimus. ne tu mihi plus quam unius legionis principes hastatosque dederis; cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu teque et exercitum serva; neque enim moveri hostis, subiectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra virtus expediet.' conlaudatus ab consule accepto praesidio vadit occultus per saltum nec prius ab hoste est visus quam loco, quem petebat, appropinquavit. inde admiratione paventibus cunctis cum omnium in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum et ipse in summo constitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione neque insequi consulem nisi per eandem vallem, in qua paulo ante subiectum eum telis suis habuerant, possunt nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. sed cum ira in hos magis, qui fortunam gerendae rei erupuerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat; et nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut a consule Decium intercludant, nunc viam patefacere, ut degressos in

gesque exterritos animi firmavit. — *cacumen*] Gell. nach Cato 3, 7, 6: *verrucam.* — *supra hostem*] wie vorher *inminentem*; die Feinde geraten so in dieselbe Lage, in der das römische Heer ist (*subiectus nobis . .*). — *arx*] s. 3, 45, 8; 6, 37, 10; = 'der Fels'. — *reliquere*] haben frei gelassen; vgl. 3, 35, 2; 5, 42, 7. — *capimus*] s. 2, 45, 13.

5. *ne . . dederis*] s. 40, 12. — *plus quam*] in der späteren Legion etwa 2400 M.; bei Gellius: *quadringenti.* — *subiectus ad . . ictus*] ebenso 26, 46, 1; 36, 18, 7; vgl. zu 9, 35, 6: *expositos ad ictus.*

7. *praesidio*] die Truppenabteilung, welche zur Ausführung des Planes, zur Besetzung der Höhe bestimmt wird. — *vadit*] s. 16, 5; 2, 10, 5. — *occultus per saltum*] s. praef. 11; wie dies habe geschehen können, da die Feinde die Höhen besetzt haben, ist nicht deutlich; anders bei Gellius, wo die ganze Stoßtruppe bis auf den schwerverwundeten Tribun fällt (§ 14ff.).

8. *admiratione paventibus*] vor Staunen bebend hatten sie alle Besonnenheit verloren; vgl. Ov. fast. 3, 362: *sollicitae mentes speque metuque pavent.* — *cunctis*] alle zusammen, nicht einzelne hier und da; das folgende *omnium* = alle, keinen ausgeschlossen. — *cum . . oculos*] muß vor dem *pavere* eingetreten sein und gibt nur genauer an, wie das folgende habe geschehen können. — *aequiorem*] aus der *cava vallis* zurück; s. § 9: *per eandem . .*

9. *amissa*] sie können sie nicht benutzen, da sie ihnen aus den Händen genommen ist; anders wäre *omissa.*

10. *sed cum . .*] vgl. 1, 40, 4: *sed et . .*

11. *viam patefacere*] indem sie sich zurückziehen, um ihn herabzulocken.

vallem adoriantur. incertos, quid agerent, nox oppressit. De- 12
cium primum spes tenuit cum subeuntibus in adversum collem
ex superiore loco se pugnaturum; deinde admiratio incessit, quod
nec pugnam inirent nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterre-
rentur, opere se valloque circumdarent. tum centurionibus ad 13
se vocatis: 'quaenam illa inscitia belli ac pigritia est, aut quonam
modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? huc
atque illuc signa moveri ac modo in unum conferri, modo educi
videtis; opus quidem incipit nemo, cum iam circumdati vallo
potuerimus esse. tum vero nos similes istorum simus, si diutius 14
hic moremur, quam commodum sit. agitedum, ite mecum, ut,
dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua
pateat hinc exitus, exploremus.' haec omnia sagulo gregali amic- 15
tus centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne
ducem circumire hostes notarent, perlustravit. vigiliis deinde 35
dispositis ceteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundae vigi-

12. *primum*] s. zu 5, 39, 1. — *in adversum collem*] gegen den Hügel an. — *admiratio*] 'Verwunderung', weil das Substantiv *miratio* ungebräuchlich ist; vgl. § 8. — *valloque*] als genauere Bestimmung zu dem allgemeinen *opere* gehörend; s. zu 22, 19, 7; dagegen § 13: *aut quonam*; s. 1, 1, 7.

13. *quaenam illa*] s. 6, 7, 3. 40, 18. — *inscitia*] s. 12, 2; 8, 33, 17; in Prosa gewöhnlich mit einem Gerundium, selten mit dem Gen. obj. eines Nomen verbunden; vgl. Cic. de offic. 1, 144: *inscitia temporis*; Nep. Epam. 7, 4: *inscitia belli*; Tac. hist. 1, 1. — *in unum conferri*] 'an einer Stelle vereinigen', um die Nacht im Lager zu bleiben; vgl. 37, 21, 2; Caes. b. G. 2, 25, 1. — *educi*]* — *quidem*] dient zur Verstärkung des Asyndeton adversativum. — *nemo*] mit Nachdruck am Schlusse; s. Cic. de off. 1, 129. — *circumdati . . esse*] vgl. 37, 19, 5: *possumus perfecisse*: es war möglich, daß wir . . waren.

14. *tum vero . . si*] s. 6, 14, 4. — *diutius . . quam . . sit*] vgl. 2, 48, 6; zu 22, 38, 8. — *agitedum*] mit folgendem Imperativ; s. 33, 10. 35, 12; 3, 62, 4; vgl. 5, 52, 9; dagegen *agedum* 9, 8 u. a. — *dum* lucis aliquid . .*] vgl. 4, 39, 5: *dum quicquam superfuit lucis*; 35, 30, 10: *quoad lucis superfuit quicquam*.

15. *sagulo gregario*] dem kurzen, groben Mantel, wie ihn die gemeinen Soldaten tragen, im Gegensatze zu dem langen, auch durch seine weiße oder purpurne Farbe auffallenden *paludamentum* des Feldherrn (vgl. 21, 4, 7) und den besseren Mänteln der Centurionen; *manipularium*: im Gegensatze zu den Soldaten der Legion; an u. St. wie *item* zeigt, nur um abzuwechseln. — *ductis*] vgl. 21, 1, 4: *duceretur*.

35. 1. *tesseram*] die Holztäfelchen, auf denen die Losung stand, dienten zugleich dazu, Befehle (daher *convenirent*) und Anzeigen an die einzelnen Abteilungen gelangen zu lassen; s. 36, 7; 9, 32, 4. — *secundae vigiliae*] s. 2, 64, 9; Veget. 3, 8: *a tubicine omnes vigiliae committuntur et finitis horis a cornicine revocantur*; gewöhnlich wurde jedoch das Zeichen zur Ablösung der

liae bucina datum signum esset, armati cum silentio ad se con-
2 venirent. quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt: ‘hoc silentium, milites’, inquit ‘omisso militari adsensu in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt in dextram partem taciti transibitis; quae
3 pars maior erit, eo stabitur consilio. nunc, quae mente agitem, audite. non fuga delatos nec inertia relictos hic vos circumvenit
4 hostis; virtute cepistis locum, virtute hinc oportet evadatis. veniendo huc exercitum egregium populo Romano servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos servate; digni estis, qui pauci pluribus
5 opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit, hunc tam opportunum collem imminentem capiti
6 suo non ante viderit quam captum a nobis; nos tam paucos tot ipse milibus hominum nec ascensu arcuerit, nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederit. quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum oportet fallatis, immo necesse
7 est. in eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis ego magis neces-
8 sitatis vestrae index quam consilii auctor sim. neque enim, maneatis an abeatis hinc, deliberari potest, cum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit fameque et

Wachen mit der *bucina*, einem runden Blasinstrument von Erz, gegeben; s. Marquardt und v. Domaszewski, röm. Staatsverw. ^{2} 2, 552 ff. — *cum silentio*] *cum* = unter Beobachtung von . .; vgl. *silentio* 3, 54, 10. 72, 1 u. a.; das Blasen mit der bucina konnte den Feinden, die mit dem römischen Kriegswesen bekannt sind (s. 27, 47, 5), nicht auffallen.

2. *militari adsensu*] durch Geschrei; s. 33, 4. 37, 3. — *peregero*] s. zu 1, 18, 10. — *quibus*] näml. *vestrum*; s. 4, 4, 7. — *quae*] s. 9, 7. — *pars maior*] s. 9, 46, 7. — *eo*] Attraktion, statt *eius*. — *stabitur*] s. 6, 6.

4. *veniendo . .*] in der Rede herrscht die Anapher vor. — *ipsos*] im Gegensatze zu *exercitum*; s. 2, 9, 5; 33, 17, 10: *armis magis muros quam se ipsos moenibus tutari*. — *digni estis . .**] ist absolut gebraucht (3, 35, 2; 21, 48, 6): ihr seid des Ruhmes euch selbst gerettet zu haben würdig, wozu *qui — egueritis* die Gründe angibt, indem *qui — tuleritis* dem folgenden Satze gleichstatt untergeordnet ist, 6, 38, 13; vgl. Curt. 3, 32, 24: *mereris . . et, ut video, dignus es, qui tantum regem superaveris*; das Perfekt *egueritis* schließt den Erfolg ein; s. 9, 11, 4.

5. *eo hoste*] hier herabsetzend; vgl. 24, 8, 2. — *non . . captum*] = *non . . vidit . . quam captus fuit*; vgl. 3, 51, 13.

6. *ipse**] — *arcuerit**] — *tantum*] ‘noch so viel’. — *tot milibus*] er selbst mit so vielen . .; vgl. 5, 53, 6; 8, 2, 5; 10, 5, 4: *Etrusci contra, principio exciti pugnae, omnibus copiis aderant*. — *oportet . . necesse est*] s. 22. 60, 26.

7. *in eo . . loco*] s. 2, 47, 5.

8. *reliqui fecerit*] *reliqui* ist, obgleich objektive Bestimmung von

siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. ergo una est salus erumpere hinc atque abire. id aut 9
interdiu aut nocte faciamus oportet. ecce autem aliud minus du- 10
bium; quippe si lux exspectetur, quae spes est non vallo perpetuo fossaque nos saepturum hostem, qui nunc corporibus suis subiectis undique cinxerit, ut videtis, collem? atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est. signo secundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales 11
somno altissimo premit; per corpora sopita vadetis vel silentio incautos fallentes vel sentientibus clamore subito pavorem iniecturi. me modo sequimini, quem secuti estis; ego eandem, quae 12
duxit huc, sequar Fortunam. quibus haec salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus transite.' omnes transierunt 36
vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. iam evaserant media castra, cum superscandens vigilum strata 2

fecerit, von *nihil* angezogen in attributive Verbindung mit diesem getreten, als ob es nicht zum verbum finitum gehörte; vgl. 22, 40, 8; 26, 35, 5.

9. *una est salus*] vgl. Gell.: 3, 7, 7: *alia nisi haec salutis via nulla est*; = es gibt nur eine Rettung, nämlich . .; vgl. 5, 6, 17; 21, 20, 4.

10. *ecce*] führt den neuen Punkt als etwas überraschendes, der Aufmerksamkeit würdiges ein; s. Cic. de fin. 1, 61; de rep. 1, 55 und den krit. Anhang zu 21, 5, 13. — *autem*] dient, wie sonst *iam vero* und im folgenden *atqui* (s. 6, 37, 2), zur Weiterführung der Schlußfolgerung. — *aliud*] etwas anderes, ein zweites; s. 1, 21, 6. — *quippe si*] vgl. Cic. p. Mil. 47; zu Liv. 3, 21, 4. — *subiectis*] am Fuße des Hügels; s. 34, 3: *vallem*.

11. *signo secundae vigiliae*] nach Mitternacht; vgl. Sil. Ital. 7, 154: *mediam somni cum bucina noctem divideret; iamque excubias sortitus iniquas tertius abrupta vigil iret ad arma quiete*. — *quod tempus . . somno*] statt *quo tempore somnus*; vgl. 30, 12.

12. *modo*] bei dem Imperativ steht *modo*, nicht *tantum*. — *eandem, quae duxit huc, sequar Fortunam*] s. 22, 27, 4. Cic. de leg. 2, 28 und Plin. 34, 54; 60, welche den Tempel der *Fortuna huiusce diei* in Rom erwähnen (Wissowa, Relig. d. Röm. [2] 262). — *pedibus* ist hinzugefügt entsprechend der Wendung bei Abstimmungen *pedibus in sententiam ire* (5, 9, 2; 27, 34, 7; Sallust. Cat. 50, 4).

36. 1. *intermissa custodiis loca*] vgl. 5, 46, 9; bei Livius mehrfach; s. 23, 17, 6; 24, 35, 8; 34, 37, 8; ähnlich bei Cäsar; statt *locis ubi . . intermissae custodiae erant*; die Wachen bilden nicht eine vollständige Kette um den Hügel, sondern die Feinde lagern in einzelnen Abteilungen; s. § 10: *castellatim dissipatos*; vgl. 34, 14: *praesidia*. Zwischen diesen sind nicht überall Wachposten aufgestellt (*custodiae*), welche Livius hier wie sonst von den regelmäßigen Nachtwachen (§ 2: *vigilum*) unterscheidet.

2. *evaserant media castra*] s. 2, 65, 3; sie waren vorgedrungen bis über die Mitte des Lagers nach dem freien zu. Unter *castra* ist nicht das 34, 3 erwähnte zu verstehen, sondern die am Fuße des Hügels lagern-

somno corporā miles offenso scuto praebuit sonitum; quo excitatus vigil cum proximum movisset erectique alios concitarent, ignari, cives an hostes essent, praesidium erumperet an consul 3 castra cepisset, Decius, quoniam non fallerent, clamorem tollere iussis militibus torpidos somno insuper pavore exanimat, quo praepediti nec arma impigre capere nec obsistere nec insequi po- 4 terant. inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis pervadit. 5 aliquantum supererat noctis, iamque in tuto videbantur esse, cum Decius ‘macte virtute’ inquit, ‘milites Romani, este; ve- 6 strum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent; sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est, nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox 7 tegat. hic lucem quieti opperiemur.’ dictis obtemperatum; atque ubi primum inluxit, praemisso nuntio ad consulem castra ingenti gaudio concitantur, et tessera data incolumes reverti, qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo obiecissent, pro se quisque obviam effusi laudant gratulantur, singulos universos servatores suos vocant, dis laudes gratesque agunt, De- 8 cium in caelum ferunt. hic Deci castrensis triumphus fuit incedentis per media castra cum armato praesidio coniectis in eum omnium oculis et omni honore tribunum consuli aequantibus.

den Truppen. — *offenso scuto*] dadurch, da er mit dem hölzernen, mit Eisen beschlagenen Schilde anstieß; s. Sall. Iug. 94, 1: *scuta . . ex coriis, offensa quo levius strepe-rent*; vgl. 45, 33, 1. — *excitatus*] s. 12, 2: *ex somno excitatis*; 5, 47, 4: *excitus*. — *concitarent*] wie vorher *movisset*; dagegen § 7 wie 3, 70, 11: *metu concitati*. — *cives an hostes*] gegenübergestellt wie 21, 12, 1.

3. *torpidos somno*] vgl. 25, 38, 17. — *exanimat*] häufiger im Passivum.

4. *ad castra*] s. § 7; nicht weit vom Engpasse zu denken.

5. *macte . .*] s. zu 2, 12, 14; vgl. Plin. 2, 54: *macti ingenio este, caeli interpretes rerumque naturae*.

6. *sed . .*] der vorhergehende Gedanke ist konzessiv: zwar wird . . aber doch. — *luce ac die*] im folgenden *silentium ac nox*: Tageslicht . . Stille der Nacht; s. 39, 14. — *tegat*] anders 9, 32, 9. — *opperiemur**]

7. *castra**] s. 1, 60, 2. — *tessera data*] s. 35, 1. — *singulos universos**] zweigliedriges Asyndeton wie *laudant gratulantur*; sonst pflegen jene beiden Worte durch *que* verbunden zu werden. — *laudes gratesque agunt*] feierliche Wortverbindung (vgl. im deutschen ‘Gott sei Lob und Dank’); s. zu 26, 48, 3. So sagt Livius, wie schon Plautus mil. 420, von dem Danke gegen die Götter; vgl. Tac. ann. 1, 69: *laudes et grates reversis legionibus habentem* und zu Liv. 23, 11, 12.

8. *castrensis triumphus*] er zog wie im Triumph durch das Lager, im Vergleich mit 38, 3. — *coniectis*] s. 4, 10, 7. — *aequantibus*] s. 10, 30, 9.

ubi ad praetorium ventum est, consul classico ad contionem 9
convocat orsusque meritas Deci laudes interfante ipso Decio
distulit contionem, qui auctor omnia posthabendi, dum occasio 10
in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes et nocturno pa-
vore attonitos et circa collem castellatim dissupatos adgrederetur;
credere etiam aliquos ad se sequendum emissos per saltum va-
gari. iussae legiones arma capere egressaeque castris, cum per 11
exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem
ducuntur, quem incautum inproviso adortae, cum palati passim 12
Samnitium milites plerique inermes nec coire in unum nec arma
capere nec recipere intra vallum se possent, paventem primum
in castra compellunt, deinde castra ipsa turbatis stationibus ca-
piunt. perfertur circa collem clamor fugatque ex suis quemque 13
praesidiis. ita magna pars absenti hosti cessit; quos intra vallum
egerat pavor — fuere autem ad triginta milia — omnes caesi,
castra direpta. ita rebus gestis consul advocata contione P. Deci 37
non coeptas solum ante sed cumulatas nova virtute laudes pera-
git et praeter militaria alia dona aurea corona eum et centum
bubus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. milites, 2

9. *classico*] vgl. Veget. 2, 22: *classicum . . appellatur, quod bucinatores per cornu dicunt. . . canitur imperatore praesente vel cum in militem capitaliter animadvertitur.* — *ad contionem convocat*] ohne Objekt; s. 8, 32, 1: *classico . . ad contionem advocavit*; 26, 48, 13 u. a. — *interfante*] außer Livius haben das Wort Vergil (Aen. 1, 386) und Valerius Maximus (9, 5, 2) gebraucht, auch der jüngere Plinius (epist. 1, 23, 2); s. 3, 47, 4; 32, 34, 2.

10. *qui*] ist auf das grammatisch untergeordnete, aber die Hauptperson bezeichnende *Decio* bezogen; s. 4, 58, 4. — *castellatim*] kann, weil eigentliche Kastelle (s. 5, 5, 5) nicht vorhanden waren (vgl. 34, 13), nur von einzelnen Haufen verstanden werden. Das Wort findet sich nur noch bei Plin. 19, 112: *alium . . . . castellatim grumulis inponi*, aber in ähnlicher Bedeutung wie bei Livius, = gruppenweise. — *dissupatos**]

12. *vallum*] dann *castra*; unter beiden ist wohl das Lager auf den Bergen zu verstehen; s. 34, 1.

13. *circa collem*] nach den Bergen auf beiden Seiten des Hügels; s. 34, 3. — *collem . . praesidiis*] der von den *praesidia* 34, 14 umgebene Hügel. — *absenti*] sie glaubten das Geschrei der Feinde von der Seite zu vernehmen, wo sie standen. — *quos**] — *ad triginta milia*] ist, wenn anders die Schlacht selbst als historisch gelten kann, eine Übertreibung, wie 37, 16, die vielleicht von Valerius Antias herrührt.

37. 1. *aurea corona*] s. 3, 29, 3; 7, 10, 14 u. a. — *centum*] vgl. 26, 48, 14; 28, 38, 8; Plin. 22, 9: *bovem album Marti inmolavit et centum fulvos.* — *eximioque*] s. 1, 7, 12. — *albo*] der Stier war zum Opfer für die oberen Götter bestimmt. — *opimo*] tritt als besonderes Merkmal noch zu dem zusammengesetzten Begriffe *eximio . . albo* hinzu; vgl. 9, 2, 8; ebenso in anderer Form *auratis cornibus*; vgl. 4, 16, 2.

qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in praesentia [singulis] bubus privis binisque tunicis donati. secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidialem, clamore donum approbantes, Decio inponunt. altera co-
3 rona, eiusdem honoris index, a praesidio suo imposita est. his decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt; omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur.

4 Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus omni robore iuventutis domo accito
5 certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuntii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem opem
6 oratum veniunt. confestim signa mota relictisque inpedimentis *cum* castrorum valido praesidio raptim agitur agmen; nec procul ab hoste locum perexiguum, ut quibus praeter equos ceterorum

2. *duplici . .*] s. 2, 59, 11; vgl. 8, 2, 4; 9, 41, 5; es wird vorausgesetzt, daß schon damals die Lebensmittel den Soldaten vom Staate geliefert wurden; vgl. Caes. b. c. 3, 53, 6. — *privis*] s. Paul. Diac. S. 226 (= 252, 20 Lindsay): *privos privasque antiqui dicebant pro singulis; . . hinc et privilegium et privatus.* Livius gebraucht das bei früheren Schriftstellern gewöhnliche Wort noch in einem Senatskonsulte nach älteren Quellen; s. 30, 43, 9. Zur Sache vgl. 9, 41, 7. — *gramineam*] s. Fiebiger bei Pauly-Wissowa, Realencyklop. 4, 1637 ff. — *obsidialem*] diese Form ist aus *obsidium* gebildet, gewöhnlicher ist *obsidionalem*. Über die Sache s. Festus S. 190 (= 208, 10 Lindsay): *obsidionalis corona est, quae datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos; ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi . . . . . quae corona magnae auctoritatis fuit; nam et P. Decio datae duae sunt: una ab exercitu universo, altera ab îs, qui fuerunt in praesidio obsessi.* — *inponunt*]* 3. *secum . . fuerant*] s. zu 2, 43, 6; 8, 35, 1; 24, 33, 6; vorher ist *suo* auf den wieder zu denkenden Dativ bezogen. — *libras farris*] s. 4, 15, 6. — *sextarios vini*] s. 5, 47, 8. — *indicem*] s. § 2; 23, 46, 2.

4. *Suessulam*] kleine Stadt, zwischen Nola und Capua am Eingang in die Caudinischen Pässe und der Stelle, wo sich die via Popilia und die Straße von Benevent nach Neapel kreuzen, gelegen; s. Nissen, ital. Landesk. 2, 753 ff. — *qua* . . certamine ultimo . .*] *certamine ultimo* ist ein Zusatz, der neben *qua*'lästig ist; er soll nur den Begriff 'zum letzten Mal' oder 'den letzten Versuch' zum Ausdruck bringen. — *robore . . accito*] nachdem man (die Führer) . . hatte; s. 14, 10: *instructo.* Das Heer hat sich bei Suessula gesammelt; die Bewohner der Stadt schicken die Boten.

5. *citati*] vgl. 2, 10, 3. — *Valerium*] Livius scheint ihn noch in seiner Stellung am Gaurus zu denken.

6. *inpedimentis* cum**] — *raptim agitur*] s. zu 6, 28, 2. — *procul ab*] Livius gebraucht *procul* sowohl in

iumentorum calonumque turba abesset, castris cepit. Samnitium 7
exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit; deinde, postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit. ibi ut militem in vallo vidit missique ab 8
omni parte exploratum, quom in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, rettulerunt, fre- 9
mere omnis acies complendas esse fossas scindendumque vallum et in castra inrumpendum; transactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum militum. ceterum, quia 10
multitudo sua commeatibus gravis et prius sedendo ad Suessulam et tum certaminis mora haud procul ab rerum omnium inopia esset, placuit, dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci: interim quieto Romano, qui expeditus quantum ume- 11
ris inter arma geri posset frumenti secum attulisset, defutura omnia. consul palatos per agros cum vidisset hostes, stationes 12
infrequentes relictas, paucis milites adhortatus ad castra oppugnanda ducit. quae cum primo clamore atque impetu cepisset, 13
pluribus hostium in tentoriis suis quam in portis valloque caesis, signa captiva in unum locum conferri iussit relictisque duabus legionibus custodiae et praesidii causa gravi edicto monitis, ut, donec ipse revertisset, praeda abstinerent, profectus agmine in- 14

räumlichen (s. 5, 9; zu 33, 15, 6), als auch in anderen Verhältnissen bald mit, bald, wie die Dichter (Ennius bei Cic. ad fam. 7, 6, 1) und Prosaiker, wie Curtius und der ältere Plinius, ohne *ab*; s. § 10; 14, 5. 39, 12; 6, 16, 6; 8, 32, 13; 9, 44, 2. — *ceterorum*] wenn Livius die Pferde nicht zu den *iumenta* rechnet (s. Caes. b. c. 3, 49, 3), so muß *ceterorum* wie 10, 8, 4 genommen werden.

8. *ab omni parte*] gehört zu *rettulerunt*; zu *missi* kann daraus genommen werden: *in omnes partes*. — *quom* in . .*] — *in . . orbem*] s. 42, 65, 7. — *colligentes*] indem sie daraus schlossen und diese Ansicht zugleich mitteilten.

9. *scindendumque vallum*] s. 4, 29, 3; Caes. b. G. 3, 5, 1; vgl. Tac. ann. 1, 50.

10. *commeatibus gravis*] lästig, beschwerlich für den Unterhalt, den herbeizuschaffen schwer war. — *sedendo*] s. 2, 12, 1.

11. *interim quieto*]* — *umeris . .*] Marius traf die Einrichtung, daß die Soldaten das Gepäck an einer Stange auf der Schulter trugen (*mulus Marianus*); zur Sache vgl. 9, 13, 9 und Marquardt u. von Domaszewski, röm. Staatsverw. 2, 426.

13. *in unum locum conferri*] hier ohne Rücksicht auf den Angriff; s. 3, 70, 12; 37, 21, 2; vgl. zu 34, 13. — *duabus legionibus*]* gehört vielleicht wie § 16 zu den Übertreibungen, die Livius selbst oft tadelt; s. 3, 5, 12. Valerius müßte, da in dem früheren Lager eine starke Besatzung geblieben ist, wenn noch zwei Legionen zurückgelassen werden, ein Heer von 5—6 Legionen gehabt haben. — *edicto*] s. 5, 20, 10.

structo, cum praemissus eques velut indagine dissipatos Samni-
15 tes ageret, caedem ingentem fecit. nam neque, quo signo coirent
inter se, neque, utrum castra peterent an longiorem intenderent
16 fugam, territis constare poterat; tantumque fugae ac formidinis
fuit, ut ad quadraginta milia scutorum, nequaquam tot caesis, et
signa militaria cum iis, quae in castris capta erant, ad centum
17 septuaginta ad consulem deferrentur. tum in castra hostium re-
ditum ibique omnis praeda militi data.

38 Huius certaminis fortuna et Faliscos, cum in indutiis essent,
foedus petere ab senatu coegit et Latinos iam exercitibus com-
2 paratis ab Romano in Paelignum vertit bellum. neque ita rei
gestae fama Italiae se finibus tenuit, sed Carthaginienses quoque
legatos gratulatum Romam misere cum coronae aureae dono,

14. *velut indagine*] gehört zu *ageret*, welches auch sonst von Feinden gebraucht wird, die wie Tiere getrieben werden; s. 1, 12, 8; 2, 47, 2. An u. St. bezeichnet *indago* nicht die zur Umzingelung aufgestellten und an ihrer Stelle bleibenden; sondern die Reiter schließen die Feinde ein und jagen wie Treiber bei einer Treibjagd sie dem Fußvolk entgegen; vgl. Caes. b. G. 8, 18, 1; Tac. Agr. 37.

15. *quo signo*] vgl. 24, 8. — *intenderent fugam*] wie *iter intendere*; Angabe des Zieles wird durch *longiorem* vertreten; vgl. Curt. 3, 11, 19: *barbari longe diversam fugam intenderunt.*

16. *quadraginta milia*] gehört wahrscheinlich derselben Quelle an wie 36, 13. — *tot*] näml. *hostibus.*

